AUGUSTINUS. SALADINUS

Klosterneuburg, 3. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=387
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nui. ⁊ non potest peccare. quia ex deo natus est. Dic adhuc. Vide
amus inquit non potest peccare. In hoc manifesti sunt filii dei. et filii dia
boli. Omnis qui non est iustus. non est ex deo. et qui non diligit fratrem suum
Certe manifestum est unde dicat. ⁊ qui non diligit fratrem suum.
+ Dilectio enim sola discernit inter filios dei. ⁊ filios diaboli. signate
se omnis signo crucis xpi. respondeant omnis amen. cantent
omnis AEVIA. baptizentur omnes. intrent ecclas. faciant parie
tes basilicarum. Non discernunt filii dei. a filiis diaboli. nisi ca
ritate. Qui habent caritatem nati sunt ex deo. Magnum iudi
cium. magna discretio. Quicquid uis habe. hoc solum non ha
beas. nichil tibi prodest. alia si non habeas. hoc habe. ⁊ impleti
legem. Qui enim diligit alterum legem implebit. Ait apls. Et
plenitudo legis caritas. Puto istam margaritam esse illam. Homo
negotiator describitur in euangelio. Qui inuenit unam marga
ritam. ⁊ uendidit omnia que habebat ⁊ emit eam. Hec est
margarita pretiosa. caritas. sine qua nichil tibi prodest quod
cumque habueris. Quam si solam habeas. sufficit tibi. Modo eum
fide uides. te specie eum uidebis. Si enim amamus eum non
uidemus. quomodo amplectimur cum uiderimus. Si ubi nos debemus
exercere. In amore fratrum. Potest michi dicere. non uidi dominum. nun
quid potest michi dicere non uidi hominem. Diligite fratrem. Si u
fratrem quem uides dilexeris. simul uidebis ⁊ dominum. quia ex ipsa
caritate uides. ⁊ intus habitat dominus. Qui non est iustus.
non est ex deo. ⁊ qui non diligit fratrem suum. quia hec est annun
tiatio quam audiuimus ab initio. ut diligamus inuicem. Manu
festa sunt uobis unde se dicere et quod contra hoc mandatum quisque
facit peccatum. in illo est scelere. in quo incidunt qui
non nascuntur ex deo. Sicut cain qui ex maligno erat. ⁊ occidit
fratrem suum. et cui rei gratia occidit. quia opera illius maligna
erant. fratris autem eius iusta. ergo ubi est inuidia. amor fratrum est

q̄ n̄ habet n̄ s̄ nati ex deo.